













1657

1. Bosius, Lu. Anreas: De clinicis.
2. Roschius, Christophorus Philippus: De affectionibus  
juramenti judicialis.
3. Schroeder, Emerus Fredericus: De emphyteusi.
4. Schroederus, Emerus Fredericus: De protestatione  
nobis.
5. Schroeterus, Emerus Fredericus: De supplicationibus.
6. Schroeterus, Emerus Fredericus: De perjurio.
- 7<sup>o</sup> Stranchius, Johannes: Quaestiones controversae  
in jure publico Romano - Germanico occurrentes.
8. Stranchius, Johannes: De conditione interdicti.
9. Stranchius, Johannes: Dissertatio ad Cap. vene-  
rabilem, extra. de electione et electi potestate.
- 10<sup>o</sup> Stranchius, Johann: De fundo nobili. 2<sup>o</sup> tract.



1657.

11. Struvcius, Johannes: Praevidelic juris dices et  
de p. 2. D. de peticitat. ubi de ratiõ.
12. Struve, Georgius Adamus: De fidei commissis  
universalibus
13. Struvius, Georg Adamus: De interdictis in genere, 23  
et in specie de interdictis retinendae possessionis,  
ubi passideticis et utrobi.
14. Struve, Georgius Adamus: De injuriis verbalibus.
15. Struve, Georgius Adamus: De superioritate prin-  
cipum imperii
16. Struve, Georgius Adamus: De legitimatione
17. Struvius, Georgius Adamus: De jure feudali.
18. Struve, Georg Adamus: De emptione venditione.
19. Struvius, Georgius Adamus: De servitute pascendi.



1657

20. Sturvis, Georg Adamus: De locatione conductione
21. Muzepauer, Erasmus, Collegii juris dei uecans: et  
lectionem cursoriam Wilhelmi Leiseri innotat.
22. Muzepauer, Erasmus: De iurisdictione ecclesiastica
- 23<sup>406</sup> = Wexius, Iohannes Christophorus: De querele inof-  
ficiorum testamenti. 2 Sumpt.
24. Wexius, Iohannes Christophorus: De donationibus
25. Wexius, Iohannes Christophorus: De accessione  
anomala seu irregulari.







14

I. N. 7.

1657, 4

DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE  
PROTESTATIO-  
NIBUS,

4

P. 66.

QVAM  
Ex Consensu atque Decreto  
MAGNIFICI JCTORUM IN ILLUSTRISA-  
LANA ORDINIS  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI

*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*  
DN. ERNESTI FRIDERICI  
SCHRÖTERI, J. U. D. & Prof. Publ. celeberrimi,  
Consiliarii Saxonici, Dicasterii Provincialis, Facult. Juridicæ  
& Scabinatûs Assessoris gravissimi, Promotoris & Patroni  
summâ observantiâ ubique venerandî.

PRO  
LICENTIA IN UTROQUE JURE HO-  
nores ac Privilegia DOCTORALIA ritè ac legitimè  
consequendi

Publico Examine sifit  
DAVID Zengsch/ ZITTA-LUSAT.

In Auditorio Jctorum  
Ad diem 19. Decembris.  
Horis ante- & pomeridianis.  
ANNO M. DC. LVII.



JENÆ, Expressit JOANNES NISIUS.



DISPUTATIO IN ACADEMIA

# PROTESTATIO

## NIBUS


MAGNIFICI PRINCIPIS ELECTORIS  
SACRAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
PROMOTUS

### FRIDERICI

THEOLOGICI, DOCTORIS, PUBL. COLLEGIUM  
SACRAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
PROMOTUS

IN ACADEMIA  
SACRAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
PROMOTUS


DAVID ...



IN ACADEMIA ...







DEO JUVANTE!

INTROITUS.



Vum JCrus in consilio debeat esse  
cautus, in patrocínio fidelis, in judicio  
justus; quoniam de talento sibi credi-  
to tenetur reddere rationem; ut in-  
quit Gvilielmus Durandus, vulgò  
Speculator *lib. 1. §. fin. de Advocat. n.*  
21. opus est præprimis, ut ad juris sibi

vel aliis competentis conservationem legitimis utatur  
remediis: hoc præfertim seculo, quo vel minimâ occa-  
sione in abyssum & velut labyrinthum litium incidi-  
mus, undè facillè nos etiã in justâ causâ extricare non  
possumus. Petrus Peckius *de Jure sistend. c. 13. in fin.* Sic  
enim haud fallet spem clientulorum, persuadentium sibi  
cum Epidico Plautino:

*Hic poterit cavere rectè, jura qui & leges tenet.*

Inter ista juris sui retinendi inventa, frequens sanè & uti-  
le admodum est PROTESTATIO. Etsi namque non mi-  
nùs peritum quàm facetum sit Pragmatici illius dictû:  
*Protestari, & caput in parietem percutere, unusquisque  
facere potest;* evenire tamen nimiam crebrò casus ejus-  
modi, in quibus sine Protestationis auxilio perdimus ju-  
ra nostra, nec is ipse negaverit. Itaque, quoniam ea, quæ  
notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur  
quasi neglecta, ut in simili Ulpian. *l. item 15. §. hoc Edi-  
ctum 26. q. de injur.*; rem haud indignam me facturum



putavi, si de quotidianâ isthac & forensi materiâ Positiones aliquas conscriberem, easquè Inaugurali hoc actu defendendas susciperem: non quasi exhauriendo uberrimo argumento tenuitatem ingenii, doctrinæquè meæ sufficere opinarer, sed ut specimen duntaxat eorum, quæ difertè aut Legibus circa hanc materiam constituta, aut usu judiciorum hodiè recepta sunt, methodo maximè svertâ digestum, examini publico exponerem. Faxit Deus, ut omnia cedant, ex antiquâ votorum formulâ, FELICITER!

POSITIO I.  
N O M E N.

- 1 **P**rotestationem † (ut à vocabuli notitiâ in rei investigationem proyechar) à verbo *Protestor* derivari, nunquam dubitatum est. Id autem compositum † ex præpositione *pro*, quatenus anticipationem temporis arguit, & verbo *testor*, id est, animi sententiam declaro, ac profiteor. Protestatio † igitur est, quæ declarat quo animo aliquid facturi simus. vid. Alciat. *in l. de testatio 40. n. de V. S.* Utraque vox † (1.) quandoque latissimè & tropicè usurpatur, de quovis indicio, testimonio, aut probatione. §. *quorum utramque 1. Pro-am. f. c. cum qui. 2. de dolo & contumac. in 6.* (2.) Latè &
- 2
- 3
- 4
- 5 minus propriè, † de quacunque sententiæ nostræ significatione, sive protestantis, sive alterius factum respiciat. Unde † à Bartolo *in l. non solum 8. §. morie 6. w. de N. O. N n. 12.* quem Dd. communiter sequuntur, dividitur in quatuor species Causæ finalis ratione diversas.
- 6
- 7 Esse enim † quandam Protestationem declaratoriam propriæ voluntatis ipsius protestantis; quandam prohibito-



hibitoriam seu inhibitoriam, ne aliquid fiat, quandam incitatoriam, ut alter aliquid faciat: quandam certicatoriam alicujus facti vel omissi. Sed t̄ rectè negat Martinus Gilbertus n. 3. & 4. *presat. in tract. de protestation. Constantii Roggerii aliorumque*, cam quæ animum non declarat, verè protestationem esse; & demonstrat, varia jura perperam in rem Protestationum ab Interpretibus trahi, in quibus etsi denunciatio sit, non tamen veram protestationem dici posse. Quæ sententia t̄ quoque est Joannis Petri de Ferrariis in Practicâ Papiensi *formâ declin. jurisd. verb. protestans n. 2. & 3.* Nempè is t̄ ut & Ripa *in c. cum M. Ferrariensis 9. extr. de constitut.* duo genera diversa constituunt, Protestationem & Denunciationem. Denunciationem t̄ ajunt consistere in his, quæ dependent à factò tertii, cui denunciatur: eòquè referunt Protestationes incitatorias, inhibitorias, prohibitorias; Protestationem t̄ vero fieri super his, quæ dependent à voluntate & factò solius protestantis. A quibus non abit quoque Alciatus *add. l. detestatio. 40. w. de V. S. n. 8.* Atque hæc t̄ est propria & genuina significatio horum vocabulorum: quomodo accipitur in *l. Neseinius 34. w. de N. G. l. 1. §. 4. w. quod Legator. l. optimam. 14. C. de contrah. & committend. stipul.* Quo in significato t̄ Synonyma sunt testari. *l. & si quis 14. §. interdum. 7. π. de Religios. l. pro herede 20. §. 1. π. de acquir. vel omit. her. l. 5. §. 7. w. de N. O. N. t̄ denunciare. l. item. 13. §. exercitu. 7. π. Locat. cond. t̄ prædicere. l. fin. pr. vers. item π. naut. caup. stab. t̄ contestari. l. fin. C. de bis qui per mer. judic. non appell.* Quænam autem differentia alioquin sit inter hæc verba, testari, detestari, contestari, attestari, protestari, vid. Alciat. *add. l. detestatio. 40. w. de V. S.*



18 Notandum etiam ꝑ sapiusculè è totâ ferie orationis appa-  
rere, Protestationem intercessisse, licet neque hoc, ne-  
que æquipollens verbum reperiatur, ut in *l. si debitor. 4.*  
*§. 1. ꝙ. quib. mod. pignus vel hypot. solv. & passim.*

POSITIO II.

DEFINITIO.

1 **D**efiniri in postremo ist hoc significatu sic posse vide-  
tur: *Protestatio ꝑ est animi declaratio, super facto pro-*  
prio, *conservandi juris gratiâ legitime facta.* Nec enim  
2 amor ꝑ veteram Definitiones, quorum plerique ge-  
neralem vocis acceptionem amplexi, variè tamen & sa-  
3 tis contortè descripsère, ceu legenti apparet ꝑ ex iis quæ  
contra prolixè disputat Joannes Bolognetus in *d. l. non*  
*solum. 8. §. morte. ꝙ. d. N. O. N. n. 2. 3. 4. & à n. 9. usque ad*  
*15.* nihilo meliorem, sed valdè obscuram ipse substitu-  
4 ens. Multò minus ꝑ cum iis facio, qui perfectam Prote-  
stationis definitionem ab Ulpiano traditam esse in *l. de-*  
*testatio. 40. ꝙ. de V. S.* autumant, Bartolo & Martino Ni-  
grino integrum de Protestatione, tractatum hinc dedu-  
5 cente; neque enim mentem ꝑ J Cri fuisse, ut de Prote-  
statione in isto loco ageret, eleganter docet Joh.  
6 Goëdd. in *Comm. ad d. l. 40. n. 2. & seqq. & ad preced. l. 39.*  
*§. detestari. 2. ꝙ. de V. S.* Nostra autem ꝑ definitio, quum  
omnes comprehendat causas, ex iis quæ in seqq. Posi-  
7 tionibus explicatiùs de singulis dicentur, facilè constab-  
bit. Genus ꝑ sanè in eâ positum latius esse Definito, &  
non Protestationem solùm propriè dictam, sed illas  
quoque species, quas Denunciationis verbo Dd. com-  
plectuntur, imò & eam voluntatis expressionem, quæ  
in



in Contractibus & Testamentis occurrit, continere, cuius manifestum est. Properamus igitur ad reliqua.

POSITIO III.

QVI PROTESTARI POSSUNT.

**E**T primò Causæ Efficientis consideratio eos, qui protestari possunt, exhibet. Apparet autem ex genere, † Protestationem omnibus subvenire, quibus ad animum suum & voluntatem declarandam, neque natura, neque lex impedimento est. Has igitur † personas si cognoverimus, simul intelligem⁹ cæteras, à quibus Protestationes rectè fieri queant. *arg. pr. J. de his qui sui vel alien. jur. princ. J. de Tutel. l. qui accusare. 8. w. de accusat.* NATURA prohibentur † ob defectum intellectus & voluntatis Infantes, i. e. minores septem annis *l. 18. C. de jur. deliber. quia, nec quod dicitur, nec quod agitur intelligunt. l. pupillus. 9. w. de acq. hered. §. pupillus. 9. Inst. de inutil. stipul. nec fari Juridicè loquendo possunt. l. 1. §. 2. w. de administ. Tutel. l. 70. w. de V. O. l. 26. C. de donat.* Aliud benignâ juris interpretatione. † in proximis infantia obtinet. *d. §. 9. J. de inutil. stipul. d. l. 9. w. de acq. hered. l. 1. §. 13. w. de O. & A.*, qui, sicut & proximi pubertati, non solùm autoritate Tutorum, sed etiam sine Tutore validè protestantur, quatenus meliorem conditionem indè faciunt, *pr. J. de autor. tut. l. 11. w. de A. R. D.* Vid. Magnif. Dn. D. Erasmus Ungepauer, *Jctus famigeratissimus, Exerc. Inst. 10. quest. 3. in Neg.* Item Nobiliss. Dn. PRÆSES in *Not. ad Dissert. Sutholt. Dissert. 3. ad Aphor. 34.* Eadem Prodigorum, † quibus à Magistratu bonis interdictum. *l. 10. l. 16. §. 1. w. de curat. fur. ratio est. l. is cui. 6. w. de V. O. arg. l. 12. §. 2. w. de curat. fur.* Ob  
can



6 eandem causam naturam impediuntur ¶ furiosi. *l. 5. l. 40.*  
*¶ de R. J. l. 1. §. 12. ¶ de O. & A. §. 8. J. de inuil. stip.* si  
 videlicet perpetuo furore laborent; nam si dilucida in-  
 tervalla habeant, tempore intermissionis recte prote-  
 stantur. *l. 3. C. de contrab. empt. l. 2. C. de curat. fur.* Men-  
 7 te capti ¶ qui licet à furiosis distent *l. 8. ¶ de tut. dat. l.*  
*27. §. 5. ¶ de recept. l. 23. C. de nupt.* uti docent Giphani &  
 Vinn. *ad §. 4. J. de curat.* Alciat. 2. *parerg. 10.* tamen ut  
 plurimum æquali cum iis jure utuntur. *ad. ll. junct. l. 2.*  
*¶ de inoff. testam.* Ob defectum instrumenti necessa-  
 8 rii ¶ protestari nequeunt muti & furdi naturam tales; quo-  
 niam sermo index & character animi est, & omnis Pro-  
 testatio verbis sit, sive pronunciatis sive scriptis. *arg. l.*  
*15. C. de testam.* post Dylum & Imolam Mart. Nigrin.  
 9 *tract. de protest. verbo denunciatio. n. 5.* Sin autem ¶ casu  
 tales facti & literas noverint, protestari possunt. *arg. l.*  
 10 *discretis. 10. C. qui Testam. fac. poss.* LEGE ¶ ab omni o-  
 mnino Protestatione nemo arcetur; quia Protestatio  
 juris naturalis est, ut demonstrat Martin. Gilbert. *supr.*  
 11 *allegat. prafat. n. 1.* Certis tamen personis, ¶ ne prote-  
 stentur in judicio, lex obstaculo est: quas quum exacte  
 recenseant Interpp. in *tit. Digest. de judiciis, & in tit. C.*  
*qui legit. person. stand. in jud. hab. vel non.* brevitatis stu-  
 12 dio lectores eò remitto. Notandum postremò, ¶ quem-  
 libet suo tantum, non alterius nomine protestari; si-  
 quidem declaratio animi nostri est Protestatio, & super  
 facto proprio interponitur. *Facit l. 73. §. 4. ¶ de R. J.*  
 13 *Excipe Procuratorem ¶ ad hoc specialiter constitutum.*  
*l. denunciaffe. 17. §. 4. ¶ ad L. Jul. de adulter.* aut saltem  
 generaliter, dummodo de rato caveat *arg. l. de pupillo. 5.*  
*§. 18. l. 13. ¶ de N. O. N. junct. l. 72. ¶ de procurat.*

Po-



## POSITIO IV.

## QVIBUS FIAT PROTESTATIO.

**V**ideamus nunc † Subjectum, five eos, qui recipiunt  
 hanc actionem. Ubi pro regula tenendum, † quòd  
 Protestatio debet illi fieri, quem negotium tangit. *l. ult.*  
*in fin. pr. w. naut. caupon. stab. l. 13. §. 17. l. 60. §. 6. w. Lo-*  
*cat. l. si debitor. 4. §. w. quib. mod. pigu. vel hypoth. arg. l.*  
*1. §. denunciari. 14. w. de insp. ventre, & passim. Martin.*  
 Nigrin. *tract. de protest. verbo, testatio. n. 68.* Tangit au-  
 tem negotium † alterum vel principaliter & directè, vel  
 secundariò & consequenter. *l. 19. C. de liberal. caus.* Prin-  
 cipaliter vel Judicem, vel privatum. Judicem rursus vel  
 quàm talem, vel quatenus partem seu adversarium. Quan-  
 do negotium vel actus Judicem quàm talem attingit, † co-  
 ram ipso facienda est protestatio; qualis est Protestatio,  
 de non consentiendo in istum judicem. *l. si quis. 5. w. de*  
*Jud. cujus formulam vid. ap. Nigr. d. tract. verb. prote-*  
*statio n. 20. & fusiùs apud Joan. Petrum de Ferrariis in*  
*Pract. Papiens. formul. declin. jurisd.* Nisi vel † potentia  
 ejus aut metus obstet; quo casu palàm coram vicinis aut  
 aliis honestis personis protestari sufficit. *l. 7. w. de appel.*  
*l. fin. C. de his qui per met. jud. non appell. c. fin. extr. de ap-*  
*pellat. Bart. ad d. l. non solum. 8. §. morze 6. n. 26. w. de N.*  
*O. N. Ferrar. d. loc. verb. protestans. n. 7.* Vel † absentia;  
 & tunc fieri debet protestatio ante tribunale ejus *l. 7. §. 3.*  
*w. de decur. neque necesse est ipsum in domo, camerâ,*  
*vel horto quarere l. siquidem 1. §. adeundi. 9. w. quand.*  
*appell. Br. & Ferrar. loc. alleg.* Dummodo † talis sit, qui  
 pro tribunali jus dicat, alioqui coram honestis personis  
 protestari oportet. *c. pastoralis n. §. fin. extr. de offic. jud.*  
*ord. Aleiat. ad l. 40. w. de V. S.* Hodie autem † difficultas

B

hac



hæc rarò evenit, quum consuetudine seruetur, ut appel-  
 latio, Protestatio, vel qualescunque literæ porrigantur  
 coram Magistro actorum seu Notario causæ, etiam in  
 absentia iudicis. Bolognet. *in d. l. non solum. §. morte. n. 113:*  
 9 *¶. de N. O. N.* Quando negotium † concernit iudicem  
 quâ partem, tunc actus iste, cuius causâ fit Protestatio,  
 aut in iudicio, aut extra iudicium explicandus est. Poste-  
 10 riori casu, † Protestatio coram vicinis aliisque personis  
 fide dignis suscipienda. *l. de pupillo. §. si quis ipsi Frato-*  
 11 *râ. & ibi Bart. n. 3. ¶. de N. O. N.* Priori, † coram alio ju-  
 dice interponi, & per hunc ipsi notificari debet, ut in *l. se*  
*presens 21. C. de Episc. aud. & l. in contractibus. 14. §. fin. C.*  
*de non num. pec.* Bart. & Ferr. *l. cit.*; quia impedimentum  
 non est in ipso actu judiciali, sed in solâ personâ, quæ nõ  
 12 potest citari, unde † sufficit quod præstetur remedium  
 in illo impedimento personæ. Bologn. *d. loc. num. 106.*  
 13 Quum ad privatos † negotium attinet principaliter, cor-  
 ram istis Protestatio quoque fieri debet. *d. l. in contract.*  
*14. §. fin. pr. C. de non num. pec. & tex. supr. laud.* Quod  
 14 facit † (*ut Sichardi verba mea faciam Pralect. in l. si repe-*  
*rendi. 7. n. fin. C. de condict. ob caus. dat.*) contra multos  
 stolidos Advocatos, qui nesciunt protestationes debere  
 fieri utraque parte præsentem. Nam si multum diuque  
 15 protestaris me absente, cuius interest scire, illa protesta-  
 tion tibi non profutura est. Quamobrem † merito Ni-  
 grin. *d. tract. verb. restatio. n. 69. & seqq.* Canonistas re-  
 prehendit, qui in *c. tua nos. 26. extr. de sponsal.* commu-  
 niter concludunt: protestationem unius ex contrahen-  
 tibus matrimonium, quòd non intendat consentire, et-  
 iam si proferatur alterâ parte nesciente, invalidet matri-  
 16 monium, licet desponsatio postea facta fuerit. Unde †  
 illorum



Illorum opinionē tūm demūm admittit Hieron. de Cæ-  
vallos *in spec. communium contr. comm. quest. 824. n. 8. &*  
*seqq.* si alterius partis præsentia vel consensus tacitus o-  
stendatur. Sin plures † sint privati, ad quos negotium 17  
æqualiter spectat, omnibus æqualiter protestatio facien-  
da est. *arg. l. in executione. 85. §. in solidum. 5. w. de V. O.*  
Si verò † inæqualiter, tunc fieri debet illi, quem princi- 18  
paliter contingit. *arg. l. illud. 1. §. 3. & 4. w. que sentent.*  
*sine appellat. rescind.* Nigr. *d. l. verb. testatio. n. 73.* Quod  
si præsentiam, † aut copiam adversarii non habeamus, 19  
apud Judicem, vel in loco domicilii proponi Prote-  
statio debet, secundum formam traditam in *l. ut perfe-*  
*ctius. 2. C. de annal. except.* Dummodo is † Procurato- 20  
rem aut specialem, aut generalem non reliquerit: istis  
enim Protestatio, (nisi in rem faciendam, ut *in d. l. 2. C. de*  
*annal. except.*) intimari Domini vice poterit. *l. 1. §. 1. w.*  
*de agnosc. & alend. lib. 1. aut qui aliter. 5. §. et si foris. 2. w.*  
*quod vi aut clam junct. l. apud Celsum. 4. §. 18. w. de dol.*  
*mal. except.* Quemadmodum & Protestatio † facienda 21  
uxori, vel filiofam. fieri potest marito, vel patri, & con-  
trà; nec non familiæ. *d. l. 5. §. 2. & 3. w. quod vi aut clam.*  
*d. l. 1. §. 1. w. de agnosc. lib. Alciat. ad d. l. 40. w. de V. S. Nigr.*  
*grin. d. tract. verb. testatio. n. 86. 87. vid. Mynsing cent. 3.*  
*obs. 37.* Sed quid † si incerti sunt illi, qui lædi possunt? pu- 22  
blicè proponi aut proscribi protestationem sufficit. *l. sed*  
*si pupillus. 11. §. 2. & 3. w. de instir. act. l. si purator. 31. w. ad*  
*L. Aquil. Alciat. d. l.* Si neminem † principaliter tangit 23  
Protestatio, sed solū consequenter, ubique & apud  
quoscunque fieri posse, consentiunt Dd. Quod tūm ac-  
cidit, † quando Protestatio super eo fit, quod in merâ 24  
voluntate Protestantis consistit, & ad ex onerationē sui,



non ad gravamen alterius tendit: ut in *l. Nefennius. 74. w. de N. G. l. 14. §. 7. w. de Religios. l. 20. §. 1. w. de acquir. hered. l. si filiusfam. 16. w. ad Scrum Maced. l. honores. 7. §. fin.*  
25 *w. de Decur.* Ad hunc articulum † ultimò pertinet illa quæstio, nunquid pars cui proponitur Protestatio, consentire debeat? Et missis Dd. discepcionibus, dicen-  
26 dum videtur † cum Nigrin. *d. tract. verb. testatio. n. 88.* in iis casibus, qui non à merâ Protestantis voluntate dependent, necessarium demùm esse alterius consensum, quippè cui jus quæsitum vel indubitatò ex actu præsentis quærendum, auferri invito non potest. *l. quod nostrum. 15. 27 w. d. R. J. l. 4. C. d. donat. que sub mod.* Exempla sunt † *l. ult. in fin. pr. w. naut. caup. stab. l. 60. §. 6. w. Locat.* quam explicat Alciat. *ad. d. l. 40. w. d. V. S.* At num tacitus  
28 consensus sufficiet, † an expressus hac in specie requiretur? Placet opinio Bartol. *ad d. §. morte. n. 24.* quam succinctè & dilucidius profert Nigr. *d. l. n. 93.* quòd ni-  
29 mirum † regulariter desideretur consensus expressus, qui propriè nomine consensus venit; quia qui tacet nò propriè consentit, nec contradicit. Abb. & Cardinal. *in c. nonnes. extr. d. presumt. arg. l. non aliter. 69. pr. w. d. le-*  
30 *gat. 3.* Nisi obligatio † cui Protestatio adjicitur, re contrahatur; nam tunc sufficit, utis cui protestatio fit, taceat & non contradicat. *l. 1. w. d. solut.* Quòd amplius verum  
31 arbitror † de quocunque actu, in quo, præter silentium, factum quoque aliquod intervenit; quale est receptio literarum. Clement. 1. *d. procur. l. si filiusfam. 16. w. ad*  
32 *Scrum Maced.* Alciat. *ad. d. l. 40.* Unde non dubito † communi Dd. sententiæ accedere, in casu *l. ult. pr. vers. item si prædixerit. w. naut. caup. stab.* sufficere tacitum consensum existimantium, de quâ testatur Villalob. *in verb.*  
prote-



protestatio. n. 378. quoniam factum aliquod vectorum, 33  
illatio sc. rerum suarum silentium comitatur; Add. *Ex-*  
*cellenriff. & Consultiff. Dn. D. Struve Exercit. IIX. Syn-*  
*tagm. Jurispr. n. 117.* Denique nec expresso consensu o-  
pus est, t̄ quum à die Protestationis elapsum sit justum 34  
præscriptionis tempus; Hoc enim t̄ cum taciturnitate 35  
inducit consensum. per Gloss. in *l. qui. 12. w. d. S. U. P.*  
& Dd. quos recenset & sequitur Joseph. Mascard. *de pro-*  
*bat. Vol. 1. conclus. 417. n. 1.*

POSITIO V.

DE QUIBUS FIAT PROTESTATIO.

**M**ateria circa quam t̄ seu Objectum Protestationis 1  
in Definitione ponitur, *Factum proprium.* Facti ap- 2  
pellatio t̄ ita latè h. l. pater, ut & verba contineat. *l. se*  
*mibi & tibi. 12. §. ult. l. se ira scriptum. 12. w. de legat. 1.* 3  
*junct. l. Labeo, 19. w. d. V. S. & t̄ non facta seu omissa. l.*  
*fin. C. de his qui per met. jud. non appell. l. 14. C. de non num-*  
*pecun. junct. l. 2. §. pen. w. de V. O. §. ult. 7. eod.* Propri- 4  
um verò factum, t̄ objectum adequatum est Protestati-  
onis, non alienum: quo ipso à cæteris speciebus, quæ ad  
Denunciationem rectius referuntur, differre eam supra  
Posit. *1. n. 8.* monitum fuit. Cæterum factum proprium  
t̄ debet esse (1.) dependens à potestate Protestantis. Pro- 5  
testatio namque t̄ aut in his sit, quæ à jure pendent; t̄ aut 6  
in his, quæ à potestate nostrâ tantum; aut t̄ in his, quæ à 7  
nobis itemque alterius facto virescunt. Aciat. *ad l.* 8  
*40. w. de V. S. n. 21.* Rursus t̄ à potestate nostra depen- 9  
dent vel de jure, vel de facto, vel utroque modo. Con-  
fer. Bart. *quem sequuntur in hoc Dd. commun. ad d. §. mor-*  
*te. n. 13.* In primâ specie t̄ pro regulâ traditum est: Pro- 10



testationem in his, quæ à Legis dispositione pendent,  
nihil operari. Glos. & Dd. in *l. alimenta. 11. C. de N. G.*  
Alciat. *d. loc. n. 22.* Gvid. Pap. *q. 172. n. 2.* Schult. *Obser-*  
*vat. for. 48. n. 10.* Finckelth. *Observ. Pract. 57. nu. 7.* Dn.  
Carpzov. *Jurispr. for. p. 1. Const. 11. def. 14. n. 4.* & passim;  
nec enim potest quisquam facere, ne in actionibus suis  
leges locum habeant. *l. nemo. 55. ff. de legat. 1.* Quapro-  
pter Jure Canonum ꝛ sacra ædícula constituta, ædituo-  
que designato, frustra Protestamur, nolle nos jus ali-  
quod Episcopo in eâ esse. *c. 2. sic quidam. 10. q. 1.* Sed &  
Canonici ꝛ collegam sibi adoptantes si Protestentur, ne  
ei jus sit redditus aliquos Præbendamvè accipere, nihil  
tali prædictione agunt, quia Lex ei qui Canonicus sit,  
dari ea omnia jubet. *c. cum M. Ferrariens. 9. extr. de Con-*  
*stitution.* Alciat. *d. l. n. 24. 27.* Ita non valet ꝛ matris fi-  
lio alimenta præstantis Protestatio, quòd habeat ani-  
mum repetendi Salarium laboris sui, & alias expensas;  
nisi ꝛ sint liberis tot facultates, unde sibi ipsis prospicere  
queant. *l. Nescennius. 34. ff. de N. G. l. 11. C. eod.* Sic in fo-  
ro ꝛ tam Communi, quàm Saxonico clausula (quam  
vocat) salutaris: *Salvo jure addendi, minuendi, emendan-*  
*di & c.* libello adjecta neutiquam efficit, ut post litem  
contestatam, vel apud Saxones, Gvarandam præstitam,  
eum mutare liceat. Joh. Schneidev. in *§. omnium. n. 130.*  
*§. de act.* Jacob. Schult. *d. observ. 48. n. 2.* Matth. Berlich.  
*part. 1. conclus. 28. n. 34.* Dn. Carpzov. *p. 1. C. 11. def. 4. &*  
*in Process. Jur. tit. 6. art. 2. §. 5. n. 30. 31. per tex. l. non pot-*  
*est. 23. ff. de jud. LandX. Lib. 3. art. 14. & lib. 1. art. 63.*  
*Const. Elect. D. Aug. 11. p. 1. Ordin. Process. Judic. Elect.*  
*Sax. tit. 5. §. Do auch einer.* Et in genere ꝛ de clausulis  
salutaribus libellis annecti solitis, disposuit Serenissi-  
mus



mus Elect. *d. tit. 5. §. Nachdem man aber.* &c. ut non amplius vires suas extendant, quam jure constitutum, & narrata libelli patiuntur. Eadem ratione † post litem 18 contestatam, aut Gvarandam praestitam, actor nequit deferre reo iusjurandum, etsi antea de eo fuerit Protestatus. *d. Const. 11. part. 1. & ibi Carpz. defin. 14. Ordin. Process. Jud. tit. 18. pr. verb.* **Ob er gleich zuvor deventwegen protestiret und bedinger hätte.** Berlich. *part. 1. Conclus. 29. n. 56. & seqq.* ubi exceptiones subjungit. Adde Dn. Carpzov. *Process. Jur. tit. X. art. 1. §. 8. n. 104.* Similiter Protestatio † litigantis non efficit, ut post terminum probatorium admittantur articuli additionales, aut Testes, Ord. *Process. tit. 10. §. Und dieweil. vers. Ob er ihme solches gleich innerhalb Sächsischer Frist bedinger hätte, und der Terminus productionis noch nicht fürüber zc. vel † instrumenta. d. Ord. tit. 24. vers.* **Weil auch derselbe 20 Terminus.** Vid. Dn. Carpzov. *p. 1. C. 16. d. 5. & Const. 17. d. 2. n. 3. & in Process. Jud. tit. 13. art. 1. §. 8. n. 119. & tit. 14. artic. 1. n. 5. n. 33.* Nec enim † quicquam efficere potest 21 est Protestatio contra solemnem probationis formam adjecta. Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 36. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 107. n. 15.* Petr. Heig. *part. 1. q. 2. n. 32.* Item † in Judiciis Saxonice, si Reus in primo termino quas 22 dam tantum exceptiones dilatorias opposuerit, addita Protestatione, de aliis exceptionibus in specie postea opponendis nequaquam juvatur; sed ea non obstante, † aliis deinde uti non poterit; quoniam contra *Constit. 23 3. p. 1. Ord. Process. tit. 11. pr.* nulla Protestatio admittitur. Matth. Coler. *in c. pastoralis. 4. extr. d. except. n. 6. Berl. p. 1. conclus. 18. n. 21.* Haud † diversa ratio est in illa 24 specie, quam Creditor, qui quincuncibus usuris non

con-



contentus, onus probandi majus intèresse in se suscipit,  
protestatur, si in eâ probatione deficiat, saluum sibi ni-  
hilominus regressum ad quincunces usuras fore. Quo-  
25 niam enim id t̄ unice dependet ex potestate & dispositi-  
one Juris, non ex voluntate creditoris, an creditori post  
moram in mutuo, loco interesse quincunces usurae de-  
beantur. Ediçt. Torg. de Anno 1583. tit. von **Wucher/  
wucherlichen Contracten und Partiten** / sub fin. Nov. Elect.  
Aug. 30. p. 2. in med. ideoque illa Protestatio nihil ope-  
rabitur. Berlich. p. 2. concl. 38. n. 22. Carpz. add. constit.  
30. def. 10. Plura videtis ap. Nigr. d. tract. verb. denuncia-  
26 tio. n. 23. usque ad 39. In secundâ specie, t̄ quando omninò  
à voluntate nostrâ subjectum protestationis pendet, re-  
gula est; valere Protestationem, animumque declarari.  
Bart. in d. §. morte. n. 15. Carpz. lib. 1. Decif. illustr. 75. n. 9.  
27 veluti t̄ si attingens res hereditarias protestetur, se hoc  
non facere animo ad eundem hereditatem eique se immi-  
28 scendi. l. pro herede. 20. §. 1. w. de acquir. hered.; aut t̄ si  
faciens expensas testetur, se eas facere animo repetendi,  
non donandi. l. Nefennius. 34. w. de N. G. l. 11. l. 15. C. eod.  
l. 14. §. 7. w. de Religiof. Hac tamen Protestatione mari-  
tus sepeliens uxorem opus non habet; quia ex dote fu-  
nerari ea debet. l. in eum. 16. w. de Relig. quæ si nulla est,  
impensam illam Pater prestare debet. l. 28. & l. 21. w.  
eod. secus si partem dotis lucratur, tunc enim pro ratâ in  
29 funus uxoris conferre tenetur. l. 27. w. h. 1. Exempla t̄  
quoque sunt in l. si mihi & tibi. 10. §. ult. l. 14. §. 1. w. de  
legat. 1. l. si quis in principio. 22. w. de legat. 3. & plura re-  
30 censer Alciatus d. l. n. 33. qui etiam t̄ illud affert, quum  
quis in causâ, quâ solemniter libellus offerendus erat,  
se intentionem suam in formam qualisqualis petitionis  
offer-



offerre dixisset, Protestationi huic standum, adeò ut potius perperam egisse videri debeat: id enim à solâ actoris voluntate pendeat; & allegat hoc respondentem Ancharanum *consil. 32.* Idem Petr. Gerard. *singul. 40.* Scaccia d. *jud. lib. 1. c. 50. n. 31.* tradidère. Unde consulantur † ut addatur: nisi ubi & quatenus solemnis libellus requireretur. Hillig. Donell. *Enucl. lib. XXIII. c. 4. lit. D. p. 1051.* ubi & alia utilia circa hanc materiam reperies. Atque ad hanc speciem † lubens retulerim illam clausulam, quâ producentes instrumenta cavere sibi solent, nempe; *velle se eis uti, non aliter quàm in quantum pro se faciant.* Quam Protestationem efficere † ut in favorem partis adversæ instrumentum productum fidem haut faciat, post Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. c. 8. n. 62.* Daniel Möller. *lib. 1. semestr. c. 22. n. 5.* aliosque docet Dn. Carpz. *Jurisprud. siles. p. 1. Const. 17. & in process. juris tit. XIV. art. V. §. 3. n. 66.* Nam productio ista † instrumenti quum dependeat à voluntate producentis, etiam per Protestationem poterit limitari. *arg. l. 2. pr. & si qs. caution. in jud. sist.* Dn. Tabor. *in Analect. ad Barbof. Axiom. lib. 14. c. 103. ax. 13. 35.* Siquidem † & aliàs actus agentium non operantur ultra eorum intentionem *l. 19. & si certum petat. l. 9. & d. hered. instit. l. 17. C. d. donat.* Anton. Faber *in Cod. lib. 6. t. 5. def. 4. n. 2.* Dn. Carpzov. *loc. alleg.* Coeterum non requiritur † in hac Protestatione expressio alicujus causæ, sufficit enim pro ratione voluntas. *l. quia poterat 4. & ad S&M Trebell.* Neque etiam † alterius cujusquam Præsentia; nisi is hujusmodi protestatione lædatur, qui certior utique fieri debet, juxta ea quæ Posit. præced. prolixius exposita sunt: Ubi itidem monitum, † quomodo consulere per Protestationem

C

fibi



sibi queat is, qui actum de jure in potestate suâ situm ab-  
sentiâ aut violentiâ Judicis, aliâve de causâ exercere de-  
39 facto prohibetur: Porrò circa ea, † quorum nulla nobis  
est de jure potestas, sed de facto tantum; scilicet delicta,  
quæ ex voluntate fiunt, Lege tamen prohibente, Barr. *in*  
*d. l. non solum. §. morte. n. 28. c. d. N. O. N.* & eum secutus, Jo-  
40 an. Bolognetus *ibid. n. 119. & seqq.* distinguunt, † an ac-  
tus ab initio sit licitus, sed ex postfacto possit fieri illicitus;  
an verò ab initio sit illicitus, & possit effici magis il-  
41 licitus? Primo casu Protestatio, † dum modò justo tem-  
pore fiat & loco, prodest, & à delicto ejusque poenâ ex-  
cusat. *l. qui foreas. 28. §. 1. & l. si putator. 31. c. ad L. Aquil.*  
42 §. *item si putator. 5. f. de L. Aquil.* Posteriori casu, † vel li-  
mitari potest delictum aut non potest. Ubi moderari  
43 quis potest delictum † & restringere, sublevat eum Pro-  
testatio, ne delictum ultra animum ejus & propositum  
æstimetur, & à graviori poenâ liberat. Et hoc contingit,  
44 † quando ex uno & eodem actu colligi possunt reverâ  
vel fictione juris plures effectus separati, vel diversæ de-  
lictorum species. Nigr. *d. tract. verb. denunciatio. n. 40.*  
45 Sic † qui vi ingreditur fundum alicujus, creditur deli-  
quisse circa possessionem omnem, tam civilem, quam  
naturalem, si verò is ante protestatus fuerit, se natura-  
lem tantum velle occupare, quoad civilem vim non fe-  
cisse videbitur. ut post Gloss. *in l. unic. verb. nec vi C. uti*  
*possidet.* notat Br. *d. l. n. 31.* Alciat. *d. l. n. 44.* Ita si quis  
46 † injuriam servo intulit, & protestatus fuit, se non fecisse  
animo afficiendi injuriâ dominum, dominus suo no-  
mine non potest agere injuriarum: *l. 18. §. 3. & 4. c. d. in-*  
47 *jur.* At si per solam voluntatem † delictum, aut eventus  
ejus temperari non potest, nihil juvat Protestatio. Ideo  
que



que si quis vulnerando aliquem ꝑ causam mortis præ- 48  
beat, præfatus, animum sibi occidendi non esse, à penâ  
homicidii non liberabitur. *l. quoniam facinora 6. C. ad*  
*Leg. Jul. de vi publ.* Idem obrinet, ꝑ si mandet verberari, 49  
licet expressè inhibeat ne occidatur ullatenus; quum  
mandando in culpâ fuerit, & hoc evenire posse debue-  
rit cogitare, ut loquitur Pontifex *fn. in homic. in 6. Add.*  
*Nigr. d. l. nu. 44.* In tertiâ specie ꝑ principali, quum de 50  
his protestamur, quæ à facto nostro itemque alterius  
pendent, non aliter valet Protestatio, quàm si illius con-  
sensus intercedat. Uti ꝑ si nauta recipiat res vectorum, & 51  
protestetur, quod nolit teneri; non enim valet tum Pro-  
testatio, si non consenserint vectores. *l. debet. 7. in fn.*  
*pr. ꝑ. naut. caup. stab.* Joh. de Agusell. *in tract. de protest.*  
*n. 6.* Martin. de Ve, *in tr. de ead. mater. n. 28.* Carpz. *lib. 1.*  
*Decis. illustr. 75. n. 9. & 10.* Idque multò magis verum, si 52  
legis dispositio alteri adsistit & voluntatem ejus requi-  
rit: Hinc quum Emphyteuta ꝑ inconsulto domino alie-  
nat, *salvo domini consensu*, nihil agit, nisi dominus deinde  
consenferit: sed eo volente jure suo cadit, nec Protesta-  
tione hujusmodi adjuvatur. *l. fn. C. de jur. Emphyt.* Al-  
ciat. *d. l. n. 30.* Hac de causâ ꝑ non relevat Administra- 54  
tores Civitatum, nomine Civitatis cum aliis contra-  
hentes, licet expressè fuerint protestati, se nolle ex con-  
tractu illo esse obligatos. *arg. l. si quis mancipiis. 17. §. pen.*  
*ꝑ. de instit. act.* Jason *in l. civitas. 27. nu. 16. ꝑ. d. reb.*  
*ered.* Dn. Carpzov. *lib. 2. Resp. Elect. 208. n. 15. & 16. & d.*  
*Decis. 75. n. 13.* Nec Tutor ꝑ se suosve heredes liberare 55  
valer per Protestationem de non reddendis rationibus.  
modò laud. *Decis. 75. n. 4. & seqq.* Qualis autem consen-  
sus requiratur Posit. *praced. n. 29.* memoratum fuit. Dixi-



56 mus hactenus, † Protestationis objectum esse factum  
 proprium, & quidem dependens à potestate nostrâ, vel  
 omninò vel saltem quodammodò. Deinde factum no-  
 57 strum, † ut Protestationem desideret, oportet esse *ambi-*  
*gium*: siquidem ejusmodi declarationem ex mente a-  
 gentis recipit *l. in ambiguis. 26. l. 168. §. 1. w. d. R. J.* Cæte-  
 58 rum † perspicua non indigent voluntatis expositione. *l.*  
*ille aut ille. 25. §. 1. w. d. Legat. 3.* Licet in evidentibus Pro-  
 59 testatio sit supervacua, † imò quandoque inepta; quia  
 tamèn propter minimam occasionem in litem incide-  
 re possumus, & hodiè nihil ferè tam clarum sit, quod  
 non cavillatorem reperiat; pauciquè Judices reperian-  
 tur, qui manifesta jura intelligant, utile interdum est, su-  
 per claris quoque protestari, veluti consulit. Petr. Pecki-  
 us *de jur. sist. c. 13. in fin.* quum abundans cautela non no-  
 ceat. *l. qua dubitationis. 81. w. d. R. Jur. l. 17. C. d. testam.*  
 60 In ambiguis autem † præcipuè tunc Protestatio neces-  
 saria, quando præsumptio Juris sententiæ nostræ circa  
 actum aliquem adversa est. *l. in concubinato. 3. pr. w. de*  
*concup. l. 4. §. 1. w. quibus mod. pig. l. 7. in fin. pr. w. naut.*  
*caup. stab. l. 51. fidejussor. 7. in f. pr. w. qui satis d. cog.* Mar-  
 tin. Gilbert. *alleg. præf. n. 12. & 13.* Cujusmodi Protesta-  
 61 tiones, † præter eas quæ continentur textibus modò al-  
 legatis, habes *in l. Nefennius 34. w. de N. G. junct. l. 11. C.*  
*eod. l. quotiens. 2. w. ad munic. junct. l. 7. §. fin. w. de De-*  
*cur. l. fin. C. d. dot. promiss. l. 1. cum duabus seqq. w. d. so-*  
 62 *lut.* Sed & Scripturam alienam scribens, † subscribens,  
 vel subfigillans, nisi contra protestetur, contenta in eà  
 approbare præsumitur. Menoch. *lib. 3. præsumt. 66. n. 1.*  
 63 Quamobrem in talibus † ut & in confirmatoriis literis  
 adscribi solet; *citra meum meorumq. præjudicium*, vel,  
 sal-



salvo meo, meorumq; jure, Mir und meinen Erben un-  
schädlich, oder mit Vorbehalt meiner und meiner Erben Gerech-  
tigkeit. Nigr. d. tract. verb. denunciatio. nu. 77. qui & alia  
ponit. De vi † isti9 clausulæ in literis Consensus à Magi- 64  
stratu positæ, vid. Carpz. lib. 5. Resp. 39. n. 17. Similiter † 65  
recipiens literas videtur in iis contenta confiteri, juxta  
Dd. allegatos à Nigr. n. 78. Ni is ergò capiatur, † cautus 66  
sit in literis recipiendis, vel si remittere non potest, de  
voluntate suâ protestetur. l. 16. w. de Scto Macedon. Ma-  
thæsilan. sing. 22. Quod maximè † in literis Cambii ob- 67  
servandum, quandoquidem istæ valent solummodò ad  
proximè futuras usque nundinas, quibus si non sequa-  
tur solutio realis, cum Protestatione solent remitti, mit  
**Protest.** Eoq; intermissio, mercator, † qui literas Cambii 68  
acceptavit, & absque Protestatione retinuit, ita est obli-  
gatus, ut exceptione non numeratæ pecuniæ tueri se  
non valeat. Sigism. Scaccia de Commerc. & Camb. §. 2.  
Gloss. 8. n. 5. Carpzov. lib. 1. Resp. 91 n. 18. Sed anne † & 69  
contra præsumtionem juris & de jure admittatur Pro-  
testatio; Ita censent Dd. commun., uti testis est Villalo-  
bus verb. Protestatio. n. 367. cui & nos adstipulamur cum  
Menoch. lib. 5. de præsum. præf. 29. n. 14. Exemplum po-  
nit Mascard. † de prob. Vol. 3. concl. 10. num. 68. in novitiâ, 70  
quæ professorum habitum cum protestatione induit:  
quod scilicet. tunc non præsumatur professâ. Idemq; † in 71  
Monacho Innocentiùs probat in c. 1. ext. quod mex. causâ.  
citus ab Alciat. in d. l. 40. d. V. S. n. 54. Limitant tam-  
men, † hæc quæ de Protestatione contra Præsumtionem 72  
actum interpretante dicta sunt, modò possit sensus con-  
veniens factò dari, & Protestatio non inducat pecca-  
tum. vid. Nigr. n. 80. & seqq. Sed satis de Objecto.



## QUOMODO FIAT PROTESTATIO.

<sup>1</sup> Formam Protestationis † Genus Definitionis exhibet, quod videlicet essentia ejus tota consistat in *de-claratione animi*, & quidem, ut verba ultima habent, *legitimè facta*.  
<sup>2</sup> Prioribus verbis † substantialis & intrinseca forma; posterioribus extrinseca & accidentalis exprimitur. Protestatio itaque ad sui substantiam verba desiderat, sive ore prolata, sive literis mandata, ut dictum  
<sup>4</sup> antè Posit. III. n. 8. Et † arbitrio relinquatur Protestantis, utris uti malit. Nisi Protestatio † in locum Actionis succedat, veluti quum prescriptionem interrompere, vel exceptionem non numerata pecuniæ, aut dotis opponere volumus. *l. 2. C. d. annal. prescript. l. 14. §. ult. in pr. & Auth. seq. C. de non num. pecun.* Nam sicut actio † in scriptis necessario edenda est; ita & Protestatio scripturam requirit, quum ejus vicem sustineat. vid. Alciat. *ad d. l. 40. w. d. v. s. n. 58. Bolognet. add. §. morte n. 114. 115.*  
<sup>7</sup> Hodie sanè † Protestationes frequentius & tutius à Notario in Instrumentum redigi, vel ad acta referri postulantur: ut plenam fidem de iis facere queant. *l. 2. C. d. annal. except. l. 11. C. qui potior. in pign. Nov. 73. c. 8.* Aliàs testes † adhibentur *l. fin. C. de N. G.* etiam non rogatis, nisi quis coram Notario protestari & Instrumentum desuper confici velit. arg. *Nov. 44. c. 1. pr. Nigr. d. tract. verb. testatio. n. 9. & seqq.* Veruntamen † de substantiâ  
<sup>9</sup> Protestationis neque testes sunt, nec scriptura, sed probationis causam solum respiciunt. Nam & † libro rationum quandoque fieri Protestationem *l. Neseimius 34. w. de N. G.* Alciat. *d. l. n. 5.* quin † & juramento probari posse, Seraphin de Seraphin. *de privileg. juram. privileg.*



169. Mascard. *de probat. Vol. 3. concl. 1242. nu. 2.* docuere:  
Clara autem † præcipuè & certa Protestationis verba ef- 12  
se debent. *aut aliter. §. 1. w. quod vi aut clam.* quomò-  
do enim aliàs voluntatis declaratio dici possit? Unde  
non sufficit † generalis Protestatio, v. g. *salvo jure quo-* 13  
*cunq; sibi competenti,* vel, *salvis aliis Exceptionibus,* ad  
servandas dilatorias in primo termino non propositas.  
*Gloss. & CC. commun. in c. pastoralis. 4. extr. de except. arg.*  
*c. quoniam. 11. extr. de except.* Amplius † circa formam 14  
Protestationis, ut legitimè facta ostendatur, dispicien-  
dū de tempore, loco, numero. **TEMPUS** † Protestationi 15  
in jure præfinitum non est, præterquam illi, quæ vel † vi-  
ce actionis: *l. 2. C. de annal. except. l. 14. pr. & §. 2. junct.* 16  
*§. fin. C. de non nam. pecun. vel † appellationis interponi-*  
*tur l. ult. C. de his qui per mot. jud. non appell. c. fin. extr. d.* 17  
*appell.* Equidem † regulariter Protestatio negotium præ-  
cedit, eiq; accedit *l. fin. pr. w. nav. caup. stab. l. 11. §. 2.* 18  
*w. d. inst. act. Gloss. in l. 3. w. d. concub. & in ipso actu in-*  
*terponitur. vid. Nobilijs. & Amplijs. Dn. D. Johan. Strauch.*  
*¶ Cuius P. P. celeberrimus & Patronus meus devotè colen-*  
*das in Exercit. Exot. Dissert. VII. n. 3. civ. fin.* Sic præ-  
posterè † & non impunè putator vulnerato prætereun- 19  
te clamat, *Cave. l. 31. w. ad Li. Aquil. §. item si putator §.*  
*¶ d. injur.* Ubi verò actus † non tam citò periculum vel 20  
damnum affert, modici temporis intercapedo non ob-  
est; dummodò unò qs. contextu protestatio & actus fi-  
ant: quia paria sunt in ipso actu aliquid fieri vel statim  
pōst. *l. 1. in fin. cum d. seq. w. de solut.* uti pluribus exem-  
plis & autoritatibus firmat Gilbert. *d. præfat. n. 7.* Secus  
si alius actus, † aut longius temporis interstitium inter- 21  
cederet; à perfecto actu Protestatio nullius esset mo-

men-



menti; maximè si res non amplius sit integra, & jus alteri ex præterlapso tempore quaesitum. *l. si pupillus. 11. §. 2. de instit. act. l. sed Julian. 7. §. de Sc. Mac. l. 15. de mand.*  
22 *l. fin. C. d. N. G. l. 4. C. de don. qua sub mod.* Sic Protestatio ÷  
matris de repetitione facta, post alimenta jam filio præstita non valet, uti pulchrè declarat post alios quos allegat Surdus *de aliment. tit. 6. quest. 8. n. 67. & seqq.* At  
23 num ÷ etiam noctu Protestatio fieri possit? Quod affirmandum putamus, si copia illius sit, cui facienda: quoniam actus judiciales quoq; de nocte fieri possunt. arg. *Nov. 82. c. sedebunt. 3. junct. l. 1. §. trialumina. 10. de inspic. ventre.* quod ÷ in appellatione receptum testatur Philipp. Francus *in c. si justus met. vers. oñ a vò queritur.*  
25 *ext. d. appell.* Quin & die festo ÷ fieri potest, nisi in locum actionis, vel alterius actus Judiciarii succedat. *l. ult. §. 1. C. d. fer.* Locus itidem ÷ quicumq; saltem honestus Protestationem admittit; nisi ejusmodi sit, quæ actui judiciali ÷ vel annectitur: qualium clausularum longum Catalogum texit Nigr. *d. tr. verb. testatio. 5 n. 10. usque ad 62.* vel ÷ surrogatur, ut *in l. 2. C. de annal. except. l. 14. C. d. N. N. Pec.* Hæ namq; ÷ in judicio fieri debent; modo metus justus non impediatur. *l. fin. C. de his qui per met. jud.*  
30 Vid. plura Posit. *IV. n. 5. & 6.* NUMERUS ÷ denique Protestationum in qualibet causâ definitus nequam reperitur. Unde unicam ÷ sufficere concludunt Dd. Bart. *in l. de pupillo. 5. §. si quis ipsi 7. n. 6. de N. O. N. Alexand. ib. n. 2.* Philipp. Franc. *in c. ex ratione. 8. extr. d. appell. n. 46.* Et facit ÷ *ex. in l. fin. vers. quod nullo modo. ibi: testatio C. de N. G.* Limitant tamen ÷ id ipsum, ut procedat, quando quis pari protestatus sit; secus si inferior superiori, aut vice versâ, quo in casu trinam ÷ requiri volunt  
Anth.



Auth. *statuimus*. §. 1. C. d. *Episc. & Cler.* Undè & in caus-  
sis † Appellationum sapiùs protestandum de diligen- 35  
tiâ: Sic Apostolos *instancet, instancius, instantissimè* po-  
sci videmus, secundum Clement. *quamvis*. 2. de *appellat.*  
Gail. *lib. 1. Obs. 141. n. 9.* Quod & in aliis † gravioribus 34  
negotiis fieri debere, monet Nigrin. *d. tr. verb. testatio.*  
*n. 70. arg. Nov. 117. c. 15. c. 2. ext. de cohob. cler. & mulier.*  
*add. d. l. fin. ibi: denunciationibus frequenter interpositis.*  
*C. de usur. pupill.*

POSITIO VII.

FINIS ET EFFECTUS PROTESTA-  
TIONIS.

Finis, † itemque Effectus Cardinalis & Primarius Pro- 1  
testationis in Definitione expressius est, *conservatio*  
scilic. *Juris*. Servatur autem † hoc remedio utpluri- 2  
mum jus suum Protestanti, quandoque etiam alterius,  
Jafon *ad d. l. non solum, §. morte. w. d. N. O. N.* De prio-  
ri † vulgarissima fertur Theorica ab omnibus probata, 3  
quod Testatio conservet Jus Protestantis illasum.  
vid. *Magnif. & Consultif. Dn. Christoph. Philipp. Richter*  
*J. C. & P. P. celeberrimus Com. Pal. Caf. & Consil. Sax.*  
*meritif. Patronus & hospes meus venerandus Decif. XV. n.*  
*34. p. 1.* Colligitur hæc † ex *l. si debitor 4. §. 1. ibi: salvâ* 4  
*causâ pignoris sui. w. quib. mod. pign. solv.* Conservatio  
juris nostri † spectatur vel in personis, vel in rebus, vel in 5  
actionibus, & processu Judiciario. *arg. §. ult. J. de J. N.*  
*G. & C.* Circa Jus Personæ † exemplum tale suppeditat 6  
Nigr. *d. tr. verb. testatio. n. 85.* Si filia justâ de causâ no-  
lit nubere illi, cui pater illam desponsurus est, neq; per  
silentium suum matrimonio consentire velit, juxta *l. in*  
D spon-



*sponsalibus. 7. in fin. w. de sponsal. benè sibi consulat, si prius coram amicis protestetur, se tacendo nolle patri despondenti consensum adhibere, & quòd non contradicat, id fieri ex justo mèru. Abbas & Felin. in c. 5. extr. de presunt. arg. l. iusjurandum 1. §. 5. w. quar. rerum act. non det. Ad Jus † personæ quoque pertinet l. 3. pr. w. d. concub. Adde Hippolyt. de Marsil. sing. 147. Panorm. c. conveniens. r. extr. de sponsal. Circa res † servatur Protestatione jus in re, veluti dominium. Sic Venditor, qui sibi dominium, donec pretium solutum fuerit, reservavit, vindicare rem venditam potest, & in concursu Creditorum aliis omnibus præfertur. Ord. Judic. Elect. tit. 42. vers. Also auch wenn einer. Item hypothecam, † modo reservatio iusto tempore, sc. ante traditionem, vel in ipso traditionis actu facta sit. Ord. Jud. d. tit. 42. pr. vers. Da auch einer. Vid. omninò Magnif. Dn. D. Richter. in tract. de jur. & privileg. Creditor. c. 2. membr. 1. n. 39. usque ad 47. Jus pignoris quoque † servat Protestatio, si in pignoratæ rei alienationem consenserit, salvâ causâ pignoris sui. l. 4. §. 1. w. quibus mod. pign. Non minùs Jus ad rem † seu Obligationem servat Protestatio. Hinc certas eâ interpositâ modò † dari actionē. l. 14. §. 7. w. de res lig. l. 2. C. de ann. exc. modò † exceptionem. l. Nefennig 34. w. de N. G. l. 7. in fin. pr. w. naut. caup. stab. l. 20. §. 1. w. de acquir. hered. Sic † (ut quædã exempli gratiâ adducã) ex solutionis prorogatione liberatur fidejussor, si expressè in instrumento obligationis protestatur, se post tempus solutionis præfixum amplius nolle esse obligatum. Conf. Elect. Aug. 19. vers. Also auch/ da der Bürger/ & ibi Carpz. def. 6. Magnif. & Nob. Dn. D. Richter. in Centur. Regul. Jur. R. 5. n. 12. & 13. Ita idem † servat beneficium cedent-*



cedendarum actionum, si ante solutionem factam Creditori, de eo protestatus fuerit. *l. 76. w. d. solut. l. 39. w. d. fidejuss.* vid. *Penfold. addit. ad Colerum part. 2. decis. 220. n. 63.* *Berlich. part. 2. conclus. 22. n. 75. & seqq. Dn. Hahn. Observat. Theorico-Pract. ad Wesenb. parat. de fidejussor. n. ult. p. 662.* Creditor † solutionem in viliori monetâ 16 acceptans, servat sibi jus petendi augmentum. *Carpzov. part. 2. Const. 28. defin. 10. n. 5.* Idem compuriū annorum spatio † censum minorem recipiens id quod annu- 17 atim residuum permansit, repetere tum potest, si expressâ Protestatione id sibi reservaverit. *Id. p. 2. Const. 2. defin. 6.* Similiter † is qui rem à milite ereptam consultò 18 emit, cum Protestatione coram testibus vel in Instrumento factâ, quod rem istam furtivam bonâ fide emere, veroque domino pro eodem pretio restituere paratus sit; rem istam domino reddere non tenetur ante, quàm pretium erogatum refundat. ut luculenter asserit *Finckelthaus Observ. Pract. 57. per tot.* Confer *Magnif. Dn. Richter. p. 2. dec. 96. n. 52. & 53.* Pari ratione † con- 19 victor alicujus peregrè abiens, & intra aliquot septimanas, aut mense vel amplius non rediens, pretium pro vitu illius temporis hospiti detrahare potest, si tempore contractus id jus sibi reservaverit. *Id. Observat. Pract. 88. n. 6. 7.* Immunitatem suam † aliquis servare potest, 20 si onera subeat, protestatus se absque immunitatis suæ præjudicio id facere. *l. 1. C. de his qui spontè publ. mun. subeunt. lib. 10.* Circa maleficia † etiam effectum suum 21 exerit Protestatio, de quo supra distinctè propositum *Posit. V. n. 42.* Circa actiones † & ordinem judiciorum 22 varii sunt effectus Protestationum, quas cum ipsis formulis succinctè & singulatim exhibet *Nigr. sepè laudato*



tract. verb. testatio à num. 16. usque ad 63. cujus scrinia  
23 non compilabo. Alterius etiam jus † quandoque servat  
Protestatio, quando ex actu nostro voluntario jus alii  
acquisitum est; ut patet ex l. 10. §. ult. l. 14. §. 1. w. d. lo-  
24 gat. 1. l. 22. w. d. leg. 3. Secundarii effectus † Protestatio-  
nis, qui universi tamen ad illum principalem revocari  
25 queunt, varii sunt; Veluti † (1.) quòd tollat præsumtio-  
nem doli. l. 1. C. uti possid. l. si duo. 3. w. eod. l. si quis in-  
stantam 7. C. unde vi. Bald. in Auth. sed cum testator. C.  
ad L. Cornel. de fals. Gvid. Pap. in singular. n. 600. (2.) quòd  
26 † vitium cumulandi diversa remedia purget & absurdi-  
tatem omnem tollat. l. 1. §. 4. w. quod legator. Cujac. in  
Papiniano ad. l. 76. §. qui Mutianam. 7. w. d. leg.  
27 2. (3.) Quòd † interrumpat præscriptionem l. 2. C. de  
annal. except. l. 14. §. fin. C. de non num. pecun. Id autem  
28 duntaxat † de judiciali accipiendum Protestatione; Ex-  
trajudicialis enim legalem vel statutariam præscriptio-  
29 nem non impedit. (4.) quòd † habeat vim appellatio-  
nis, & sententias ac decreta ab effectu Judiciali suspen-  
30 dat, duobus casibus, videlicet † si copiam quis Judicis  
habere non possit, vel metuat ejus præsentiam. l. fin. C.  
de his qui per met. jud. Berlich. part. 1. concl. 49. nu. ult. &  
31 si † protestans verbis disertis sententiam à viribus rei ju-  
dicatæ suspendat: tum enim Protestatio nuda amplius  
non est, sed valet in vim Leuterationis. Carpzov. Process.  
Jur. tit. 17. art. 1. n. 9. & 10. Magnif. Dn. Richter. p. 2. dec.  
150. n. 125. Tantum de Effectibus.

POSITIO VIII.

CONTRARIA.

**H**Actenus de Protestatione quoad Consentanea, seu  
1 Constitutionem: Sequuntur † Dissentanea, seu  
modi



modi eam dissolvendi. Quorum † (1.) est actus subsequens 2  
directò contrarius Protestationi. Etenim ex tritissimâ  
Auctorum nostrorum regulâ, † Protestatio contraria 3  
facto non relevat. *l. cum in plures. do. §. Locator 6. w. Lo-*  
*cat. c. cum M. Ferrariensis. 9. extr. de constis. c. sollicitudi-*  
*nem 54. extr. de appellat. c. gratum 20. extr. de off. jud. de-*  
*leg. vid. Nobil. & Consultijs. Dn. HEINRICUS VOLCKMARUS*  
*J. U. D. & Profess. Publ. Lips. in Praelect. Public. ad l. 40.*  
*w. de V. S.* Undè † ab actione injuriarum non liberatur, 4  
si quis alteri, *salvo*, inquit, *honore tuo mentiris*, quod om-  
nium Dd. calculis probatum tradit Andr. Gail. 2. *Ob-*  
*ser. 101. n. 1.*; Verbum enim † ipsum injuriam irrogat, 5  
quam honoris illa servatio non extinguit, sive injuriam  
praecesserit, sive subsequuta fuerit: *Magnif. Dn. D. Richter,*  
*in centur. Reg. Jur. R. 2. nu. 27. t. 24. cl. 25.* Intelligenda  
autem † hæc regula, quando actus verè est contrarius, 6  
ita ut non possit consistere unâ cum Protestatione, e. gr.  
si recognoscens documenta, † pro talibus manu suâ 7  
scriptis, sigilloque suo confirmatis, protestetur, se citra  
recognitionem hoc dicere. Dn. Carpz. *Process. Jur. Tit.*  
*XIV. art. 3. §. 1. nu. 21.* Non autem † quando dubius, & 8  
praesumptivè tantum adversus, qui non facit recedere à  
Protestatione, Dn. Frantzk. *lib. 3. Resol. 1. n. 213. p. 145.* Sic,  
† si reus protestetur, quòd litem super exhibito libello 9  
nolit contestari, & statim respondeat, non inducitur per  
eam responsionem litis contestatio. Berlich. *p. 1. concl.*  
*26. num. 28.* Excipitur autem † ab hac regula (1.) factum, 10  
quod pendet ex merâ protestantis facultate. Nam hoc  
voluntate debilius & Protestatio fortior est. *l. 22. w. de*  
*Legat. 3.* (2.) Protestatio † juramento vallata, quæ vin- 11  
cit factum. Mascard. *d. probat. Vol. 3. concl. 1242. n. 17.* (3.)



- 12 Factum, † quod metu, errorē, vel ignorantia elevatur, quo validior est Protestatio. Felin. *in c. cum M. Ferrariens. de constit. n. 79.* Mascard. *d. concl. 1242. nu. 22* (II.)
- 13 Obstat † Protestationi intervallum temporis. Neque enim extenditur Protestatio antecedens, ad actum ex intereapidine subsequentem. Villalob. *comm. opin. verb. protestatio. n. 357.* Nisi concepta fuerit † in futurum tempus. *l. 55. w. de fidejussor.* Qualem Formulam exhibet Martin. de Ve. *in suo tract. de protest. n. 30.* Cautius tamen
- 15 agitur, † si Protestatio in singulis actibus repetatur. *arg. l. non solent. 94. w. de R. J.* (III) Tollitur Protestatio † per alienationem, si scilicet ipsa res, propter quam fit Protestatio transeat, ut in nunciacione, *arg. l. fires. 59. w. de evict. Bl. consil. 450. vol. 4.* (IV.) Finitur Morte † Protestantis; Quod communiter probant Dd. *in d. §. morte. w. d. N. O. N.* Ideoque Protestatio † defuncti non juvat heredem; sed is opus habet novā Protestatione. Frantzk.
- 19 *Lib. 3. Resol. 1. p. 127. n. 253.*: nec Protestatio † facta Judici antecessori in officio prodest coram successore, sed adiri debet hic, & coram eo acta produci. *l. proponebatur 76. l. edictum 55. w. de jud.* Quod tamen axioma † Dd. in d. §. morte, limitant; nisi Protestatio in rem facta, vel in vitā Protestantis aliquid secundum Protestationem ab eo, cui proposita est, effectum sit: Tunc enim transit ad successores, tam singulares, quam universales, *arg. l. 5. §. 2. w. de N. O. N.* (V.) Obstat † Protestationi contradictio adversarii, si is reprotestetur. *l. si filiusfam. 16. in fin. w. ad sctm Maced.* Denique † res iudicata. Quod remedium tollendi Protestationem tradit Cardin. Tuschus
- 23 *Tom. VI. conclus. 941. n. 11.* Addendum hic † quoque esset aliquid de Affinibus, ut sunt; *De testatio, Contestatio,*  
De-



*Denunciatio, Appellatio, &c.*: Sed brevitati litare constitui. Habes † *L. B.* extremas lineas & quasi summa qua- 24-  
dam capita de difficili & amplissima Protestationis materia. Quam usus privati, † non fiducia virium, & ina- 25-  
nis gloria cupidine me attigisse *protestor*; ideoque veniam tuam, sicubi humeri mei ferendo pares non fuerint, promtiorem mihi facilioremque spondeo.

## SOLI DEO GLORIA.

---

*Cl. Dn. Doctorando, Amico meo singulariter dilecto.*

Quis fit, ut ad laudem votis concordibus omnes affectemus iter, diversa sed usque sequamur consilia, & vario certantes agmine curas? Hic Martem, ille aliud sequitur, non vivitur unâ curâ. Tu Themidos cupis inclarescere laude, Et Themidos studiis decus immortale parare; Egregiè facis, en Themis est ad premia velox. quidque petis, laudis dabit immortale vocamen?

*Honoris & benevolentia causa gr. f.*

Christoph. Philip. Richter D. Com. P. C.  
Prof. P. Facult. Jurid. Senior.

---

**T**Estatò fieri Latium quod dixerat olim,  
HOC, PROTESTARI, nunc fora nostra vocant.

Utrum-



Utrumque exponit præsens tractatio doctè,  
Testis adest nostræ nobilis Ordo Dices.  
Testatò Themidi fama hoc denunciât, instet,  
Ut pendant Seres vellera nera brevi.

*Testandi affectus, & congratulandi  
animo scripsi*

Joh. Strach. D.

*Clarissimo atque Pereximio*

DN. DAVIDI JENTZSCHIO, J. U. Do-  
ctorando dignissimo, Fautori ac Amico suo  
optatissimo

**P**ER multas quisquis pulchrè certavit aristas,  
Is meritò laudis præmia digna capit.  
Nocturnâ tractâsse manu, tractasse diurnâ  
TE Leges nostras LIPSIA CLARAREFERT.  
Idcirco capies præclaros Juris honores,  
Hos tua nam virtus, & bona fama meret.

P R A E S E S.





ULB Halle

3

005 125 669



1077











14

1657, 4

4

I.N.º.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE

# PROTESTATIO- NIBUS,

QVAM

*Ex Consensu atque Decreto*

MAGNIFICI ICTORUM IN ILLUSTRISA  
LANA ORDINIS  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI

*P. 66.*

*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*

DN. ERNESTI FRIDERICI  
SCHRÖTERI, J. U. D. & Prof. Publ. celeberrimi,  
Consilarii Saxonici, Dicasterii Provincialis, Facult. Juridicæ  
& Scabinatus Assessoris gravissimi, Promotoris & Patroni  
summâ observantiâ ubique venerandi.

PRO

LICENTIA IN UTROQUE JURE HO-  
nores ac Privilegia DOCTORALIA ritè ac legitime  
consequendi

*Publico Examine sstet*

DAVID ZENESCH/ ZITTA-LUSAT.

In Auditorio Ictorum

*Ad diem 10. Decembris.*

Horis ante- & pomeridianis.

ANNO M. DC. LVII.



JENÆ, Expressit JOANNES NISIUS.

